HIERONYMUS
um 836/859 Seite 96r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



animae eius tribuisti ei & uoluntate labiorũ
eius non fraudasti eum; qm̃ praeuenisti eum
In benedictione dulcedinis posuisti in capite
eius coronam de lapide praetioso. Istae sunt
margaritae prophetarũ & apostolorũ
quae conparatione xp̃i om̃s uenundantur,
in euangelio ut ematur praetiosissimum
margaritũ & lapis de quo zacharias scribit, quod
septem habeat oculos. idest septem gratias
sp̃s sc̃i; Lege esaiam, & ponitur per aplm
paulum, In fundamento ecl̃ae. sup quo aedi
ficentur aurũ argentũ lapides praetiosi;
quorũ colores atque naturas & efficientias
singulorũ non ẽ huius temporis disserere
sed propriũ uolumen desiderant. Ita ut
& in hie zechihel & in exodo & in apocalipsi
& in esaia sibi om̃s lapides & lapidũ ordines
comparati magnã & legenti & disserenti fa
ciant quaestionem sup quibus & uir sc̃s ephi
phanius episcopus propriũ uolumen mihi
praesens tradidit; & tricensimus septimus
liber plinii secundi naturalis historiae, post
multiplicem omniũ rerũ scientiam degẽmis